



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CLXIII. De peccato primi hominis, quod fuit per superbiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

sirohe aiterationem a Deo, & seorsum secundum se illam consideranda: sicut si albedinem secundum se considerares, & vide illam secundum se radicem, & primum principium malitiae, & grauitatis in peccatis. Et deinde applica illam diuersis locis peccati, principali, qui no cauit ex parte obiectionis. & constituet peccata opposita virtutibus theologis. Vel secundario, qui uocatur ex parte auersionis, & hoc in loco dupliciter loca illa, aut ut consequenter se habentem in hoc quod est esse uoluntatis, & sic communis est peccatis mortalibus, in quantum uoluntas auersionis est uoluntate conuersionis est communitur: aut ut per se ipsam uoluntatis in illo tamen loco, & sic superbia propria est, & alia ab ipsa communiatur. Et propterea est ex parte auersionis grauisimum, & primum peccatum, & principium ceterorum grauium ex parte auersionis.

Super Quaestio 162. Articulus octauum.

N artic. 8. eiusdem 162. q. recole quae in 2. ar. dicta sunt de generali influenza superbiae, & applica ad propositum, & vide quod superbia ex parte huius mater est omnium uitiorum, quia principium omnium secundum ordinem intentionis. Ex parte autem imperii sui est regina omnium uitiorum in omnibus regnant, & dirigens omnia ad finem suum: & ideo in litera dicitur regina, & mater.

Super Quaestio. 162. articulus primus.

N ar. 1. q. 163. dubium occurrit circa rationem litera, quoniam in uitium consequentis incidere videtur dum sic procedit. Primum peccatum hominis fuit in hoc, quod appetit quoddam spirituale bonum supra suam mensuram, ergo primum peccatum

superbiam esse aliqua peccata leuiora, quae etiam ex ignorantia, uel infirmitate committuntur: sed inter grauiora peccata primum est superbia, sicut causa per quam alia peccata aggrauantur. Et quia id quod est primum in causando peccata, est etiam ultimum in recedendo: ideo super illud Psalm. 18. Emundabor a delicto maximo, dicit glo. hoc est, a delicto superbiae, quod est ultimum redeuntibus ad Deum, & primum recedentibus.

Ad v. Dicendum, quod Philo. ponit superbiam circa fictionem fortitudinis, non quia solum in hoc consistat: sed quia per hoc homo maxime reputat se posse excellentiam apud homines consequi, si audax, uel fortis uideatur.

ARTICULVS VIII. *Utrum superbia debeat poni uitium capitale.*

AD OCTAVVM sic proceditur. **A**utem quod superbia debeat poni uitium capitale. Iusto. * enim, & Cassianus enumerant superbiam inter uitia capitalia.

¶ 2. Praeter. Superbia uidetur esse idem inani gloriae, quia utraque excellentiam quaerit: sed inanis gloria ponitur uitium capitale, ergo etiam superbia debet poni uitium capitale.

¶ 3. Praet. Aug. dicit in lib. * de uirginitate, quod superbia inuidiam parit, nec unquam est sine tali commite: sed inuidia ponitur uitium capitale, ut supra habitum est. ergo multo magis superbia.

SED CONTRA est, quod Greg. 31. * moral. non enumerat superbiam inter uitia capitalia.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex * supradictis patet, superbia dupliciter considerari potest. Vno modo secundum se, prout scilicet est quoddam speciale peccatum. Alio modo, secundum quod habet quandam influentiam in omnia peccata. Capitalia autem uitia ponuntur quaedam specialia peccata, ex quibus multa genera peccatorum oriuntur: & ideo quidam considerantes superbiam secundum quod est quoddam speciale peccatum, connumerauerunt eam aliis uitis capitalibus.

Grego. * vero considerans uniuersalem eius influentiam, quam habet in omnia uitia, ut dictum est, non connumerat eam aliis capitalibus uitis, sed posuit eam reginam omnium uitiorum, & matrem. Vnde Gregor. dicit in 31. moral. Ipsa uitiorum regina

A superbia cum deum plene cooperit, mox illud septem principalibus uitis quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit, ex quibus uitiorum multitudines oriuntur. Et per hoc patet responsio ad PRIMVM.

AD II. Dicendum, quod superbia non est idem inani gloriae, sed causa eius. Nam superbia inordinate excellentiam appetit: sed inanis gloria appetit excellentiam manifestationem.

AD III. Dicendum, quod ex hoc quod inuidia, quae est uitium capitale, oritur ex superbia, non sequitur, quod superbia sit uitium capitale, sed quod sit aliquod principaliter capitalibus uitis.

QVAESTIO CLXII.

De peccato primi hominis, in quatuor articulos diuisa.

EINDE considerandum est de peccato primi hominis, quod fuit per superbiam. Et primo, de peccato eius. Secundo, de poena peccati. Tertio, de tentatione qua indutus est ad peccandum.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum primum peccatum hominis fuerit superbia.

¶ Secundo, Quis primus homo peccando appetierit.

¶ Tertio, Utrum eius peccatum fuerit grauius omnibus aliis peccatis.

¶ Quarto, Quis plus peccauerit, utrum uir, uel mulier.

ARTICVLVS. PRIMVS.

Utrum primi hominis peccatum fuerit superbia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod superbia non fuerit primi hominis peccatum. Dicit enim Apostolus ad Rom. 5. quod per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: sed primi hominis peccatum est, ex quo omnes peccatores constituti sunt originali peccato, ergo inobedientia fuit primi hominis peccatum, & non superbia.

¶ 2. Praet. Amb. * dicit super Luc. quod eo ordine diabolus Christum tentauit, quo primum hominem deiecit: sed Christus primo tentatus est de gula, ut patet Matth. 4. cum ei dictum est, Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. ergo primum peccatum primi hominis non fuit superbia, sed gula.

¶ 3. Praeterea. Homo Diabolo suggerente peccauit: sed Diabolus tentans hominem scientiam repromisit, ut patet Genes. 3. ergo prima inordinatio hominis fuit per appetitum scientiae, quod pertinet ad curiositatem. ergo curiositas fuit primum peccatum, & non superbia.

Secunda Secundae S. Tho. EEE 2 ¶ 4. Praet.

cum hominis fuit superbia. Nam antecedens potest dupliciter verificari. Primo, quod illud bonum spirituale appetitum erat supra hominis mensuram. Secundo, quod appeteret supra mensuram hominis appetentis, quamuis bonum spirituale non fuerit supra suam mensuram. Et hoc secundo modo spectat ad superbiam, primo autem ad praesumptionem oppositam magnanimitati, & tamen in li tera determinate inferitur, quod spectat ad superbiam.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia auctor iam determinauerat, quod consistit in contemptu diuinae subiectionis, dicendo hic, quod peccatum, quia supra mensuram a Deo praefixam bonum appetit, intelligi uoluit, quod contemptus mensurae diuinae affuerit, quod ad superbiam clare spectat. & propterea nullum uitium in dicto processu est. Nec solum ex praecedentibus, sed ex calce corporis articuli sequentis patet hunc esse sensum intenu: quoniam ibi expresse dicitur, quod uerque peccauit, uolens sibi ipsi inuicti contempta diuina regula.

Infr. ar. 3. & 4. corp. 3. q. 1. ar. 5. co. & 2. dist. 22. q. 1. ar. 1. Et mal. q. 7. ar. 7. ad 12. 13. & 16. & Ro. 5. ied. 5. fin. & 1. Thi. 2. fin.

Ambrosi. in Luc. c. 4. in titulo de prima tentatione Christi. prin. tom. 5.

¶ 4 Præter. Super illud 1. ad Timo. 2. Mulier seducta in prauaricatione fuit, dicit gl. * Hanc seductionem appellauit proprie Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, verum putatum est. s. q. Deus lignum illud ideo tangere prohibuit, q. sciebat eos, si tetigissent, uelut Deos futuros, tanquam eis diuinitate inuideret, qui eos homines fecerat: sed hoc credere pertinet ad infidelitatem, ergo primum peccatum hominis fuit infidelitas, & non superbia.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia: sed peccatum primi hominis est initium omnis peccati, s. m. illud Ro. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: ergo primum peccatum hominis fuit superbia.

RESPON. Dicendum q. ad unum peccatum multi motus concurrere possunt, inter quos ille habet rationem primi peccati, in quo prius inordinatio inuenitur. Manifestum est autem, q. primo inuenitur inordinatio in motu interiori animæ, q. in actu exteriori corporis: quia ut Aug. dicit in 1. * de ciui. Dei. Non omittitur corporis sanctitas manente animæ sanctitate. Inter motus autem interiores prius mouetur appetitus in finem, q. in id quod queritur p. finem: & ideo ibi fuit primum peccatum hominis, ubi potuit esse primus appetitus inordinati finis. Sic autem homo erat in statu innocentie institutus, ut nulla esset rebellio carnis ad spiritum. Vnde non potuit esse prima inordinatio appetitus humani ex hoc, q. appetierit aliquod sensibile bonum, in quod carnis concupiscentia tendit præter ordinem rationis. Relinquitur igitur, q. prima inordinatio appetitus humani fuit ex hoc, q. aliquod bonum spirituale inordinate appetiit. Non autem inordinate appetiuit appetendo id secundum suam mensuram ex diuina regula præstitutam. Vnde relinquitur, quod primum peccatum hominis fuit in hoc, q. appetiit quoddam spirituale bonum supra suam mensuram, quod pertinet ad superbiam. Vnde manifestum est, quod peccatum primi hominis fuit superbia.

AD PRIMUM ergo dicendum, q. hoc q. homo non obediit diuino præcepto, non fuit propter se ab eo uolunt, quia hoc non posset contingere, nisi præsupposita inordinatione uoluntatis. Relinquitur ergo, q. uoluerit propter aliquid aliud. Primum autem quod inordinate uoluit, fuit propria excellentia: & ideo inobedientia in eo causata fuit ex superbia. Et hoc est quod August. * dicit ad Otosium, quod homo elatus superbia suasioni serpentis obediens, præcepta Dei contempsit.

AD SECUNDUM dicendum, q. in peccato primorum parentum etiam gula locum habuit. D. n. Genes. 3. Vidit mulier, q. lignum esset bonum ad uescendum & pulchrum oculis, aspectuq. delectabile, & talit de fructu eius, & comedit. Non tamen ipsa bonitas, & pulchritudo cibi fuit primum motiuum ad peccatum, sed potius uisio serpentis, qui dixit. Aperientur oculi uestri, & eritis sicut dii: quod appetendo, superbiam mulier incurrit: & ideo peccatum gula deriuatum est ex peccato superbiae.

AD TERTIUM dicendum, quod appetitus scientie causatus fuit in primis parentibus ex inordinato appetitu excellentie: unde & in uerbis serpentis præmittitur, Eritis sicut dii, & postea subditur, Scientes bonum & malum.

AD QUARTUM dicendum, q. sicut Aug. dicit 1. sup. Gen. ad literam. Verbis serpentis mulier non crederet a bona atque uili re diuinitus se fuisse phibitos,

nisi iam inesset menti amor, ille prope & quadam de se superbia præsumptio sic intelligendum, quasi superbia præsumptionem serpentis: sed quia statim post peccatum est, ut crederet uerum esse quod dicitur.

ARTICVLVS II.
Vtrum superbia primi hominis fuerit hoc, quod appetit diuinam similitudinem.

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur, quod superbia primi hominis non fuerit in hoc, q. appetierit diuinam similitudinem. Nullus enim peccat appetendo id, quod sibi competit secundum suam naturam: sed similitudo Deo competit homini secundum suam naturam, dicitur enim Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ergo non peccauit diuinam similitudinem appetendo.

¶ 2 Præter. In hoc uidetur homo diuinam similitudinem appetisse, ut scientia boni, & mali potiret hoc enim etia serpente suggeste batur. Eritis sicut dii scientes bonum & malum: sed appetitus scientie est homini naturalis, secundum illud Philol. in princ. Metaphys. Omnes homines natura scire desiderant, ergo non peccauit appetendo diuinam similitudinem.

¶ 3 Præ. Nullus sapiens eligit id, quod est impossibile. primus autem homo sapientia præditus erat, s. m. illud Eccle. 17. Disciplina intellectus repleuit illos. Cum ergo omnino peccatum consistat in appetitu deliberato, qui est electio, q. primus homo non peccauit appetendo aliquid impossibile, sed impossibile est esse hominem similem Deo, s. m. illud Exodus 19. Quis similis tui in fortibus. Dicit ergo primus homo non peccauit appetendo diuinam similitudinem.

SED CONTRA est, q. super illud Psal. 68. Que non rapuit, tunc conluebam, dicit Aug. * Adā & Eua rapere uoluerunt diuinitatem, & perdidit felicitatem.

RESPON. Dicendum, q. dicitur est similitudo. Vna omnimode æquiparantia: & hanc similitudinem primi parentes non appetierunt, quia talis similitudo ad Deum non cadit in apprehensione, præcepta sapientis. Alia autem est similitudo imitationis, qualis possibilis est creaturæ ad Deum, in quantum uidelicet participat aliqd. de similitudine ipsius s. m. suum modum. Dionysius dicit in 9. * capit. de diu. no. Est similia sunt Deo, & dissimilia.

Est Aug. 21. super Gen. 2. 42. a med. tomo 3.

Lib. 1. ca. 18. a med. to. 5.

In dialogo 65. q. ad Otosium: q. 4. ante med. t. 4.

Lib. 11. c. 30. circa mediu tomo 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum primorum parentum fuerit ceteris grauius.

Super Quaestio. centesima sexagesima. tertium articulum tertium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum primorum parentum fuerit ceteris grauius. Dicitur enim Aug. 14. de ciui. Dei. Magna fuit in peccando iniquitas, ubi tanta fuit in non peccando facilitas: sed primi parentes maximam habuerunt facultatem ad non peccandum, quia nihil habebant intrinsecus, quod eos ad peccandum impelleret. ergo peccatum primorum parentum fuit ceteris grauius.

¶ 2. Præ. Pœna proportionatur culpæ: sed peccatum primorum parentum grauissimè est punitum, quia per ipsum mors introiuit in hunc mundum, vt Apostolus dicit ad Roma. 5. ergo peccatum illud fuit grauius ceteris peccatis.

¶ 3. Præ. Primum in quolibet genere, videtur esse maximum, ut dicitur in 2. Metaphysica: sed peccatum primorum parentum fuit primum inter alia peccata hominum. ergo fuit maximum.

SED CONTRA est, quod Origenes * dicit, Non arbitror, quod aliquis ex his qui in summo perfectoque consistereint gradu, ad subitum euacuetur, aut decidat, sed paulatim, & per artes desuere eum necesse est: sed primi parentes in summo perfectoque gradu consistebant. non ergo eorum primum peccatum fuit maximum omnium peccatorum.

RESPON. Dicendum, quod duplex grauitas in peccato attendi potest. Vna quidem, ex ipsa specie peccati: sicut dicimus adulterium esse grauius peccatum simplici fornicatione. Alia autem est grauitas peccati, quæ attenditur secundum aliquam circumstantiam loci, vel personæ, aut temporis. Prima autem grauitas essentialior est peccato, & principalior: vnde secundum eam magis peccatum dicitur graue, quam secundum aliam. Dicendum est igitur, quod peccatum primi hominis non fuit grauius omnibus alijs peccatis humanis secundum speciem peccati. Et si enim superbia secundum suum genus habeat quandam excellentiam inter alia peccata, maior tamen est superbia, qua quis Deum negat vel blasphematur, quam superbia, qua quis inordinate diuinam similitudinem appetit: qualis fuit superbia primorum parentum, vt dictum est. * Sed secundum conditionem personarum peccantium, peccatum illud habuit maximam grauitatem propter perfectionem status ipsorum. Et ideo dicendum est, quod illud peccatum fuit quidem secundum quid grauissimum, non tamen simpliciter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa ratio procedit de grauitate peccati ex circumstantia peccatis. AD SECVDVM dicendum, quod magnitudo peccati, quæ consecuta est illud primum peccatum, non correspondet ei secundum quantitatem propriam speciei, sed in quantum fuit primum: quia ex hoc interrupta est innocentia primi status, qua subtracta, deordinata est tota natura humana.

AD TERTIVM dicendum, quod in his quæ sunt per se ordinata, oportet id quod est primum, esse maximum. Secunda Secunda S. Tho. EEE 3 mum.

¶ N. art. 3. aduerte, quod author oino deprimere uolens peccatum primi hominis, ut non concedat quod sit etiam ex parte auersionis grauisimum, quia est superbia. affert superbiam negatis Deum ubi duo uita in uno actu claudit. I. superbiam & infidelitatem: & ex hoc infert, quod non solum infidelitas grauius peccatum est, quam peccatum primi hominis, sed etiam superbia prorumpens in infidelitatem maior est, quam superbia prorumpens in appetitum scientia.

¶ Super

1. 2. q. 83. ar. 2. cor. prim. Et 2. dist. 2. q. 2. ar. 2. Et dist. 33. in exp. post. ad 1. & Lib. 14. c. 15. non remore a prin. co. 5.

¶ 2. Præ.

¶ Super

Lib. 2. tex. 4. tom. 3.

Li. 1. Periarchon cap. 1. ca. 4. to. 4.

Ar. præced.

supernaturalibus conceptis Dei, & luminis supernaturalis imperfectè participes erant. Et tamen cognoscebant, quod secundum illud oportebat se dirigere in agendis, & in huiusmodi lumine proficiebant: ideo appetit similitudinem diuinam in scientia directiua ad bonum & malum. Et sicut Deus suæ naturæ lumine omnia regit, ita homo suæ naturæ lumine absque exterioris luminis adiutorio seipsum &c. regebat. vt author explicat in 2. sent. dist. 22. Et hic vno verbo dicitur, vt virtute propria naturæ determinetur sibi quid esset bonum, & quid malum ad agendum.

Secundò verò, quantum ad cognitionem: & hanc est similitudinem in sui creatione angelus accepit. vnde in præmissis verbis cum dictum esset, Tu signaculum similitudinis, statim subditur, Plenus sapientia: sed primus homo in sua creatione istam similitudinem nondum actu adeptus erat, sed solum in potentia. Tertio, quantum ad potestatem operandi: & hanc similitudinem nondum erant in actu affectu neque angelus, neque homo in ipso creationis principio, quia vtri que restabat aliquid agendum quo ad beatitudinem perueniret. Et ideo cum vterque, scilicet diabolus & primus homo inordinate diuinam similitudinem appetierit, neuter eorum peccauit appetendo similitudinem naturæ: sed primus homo peccauit principaliter appetendo similitudinem Dei quantum ad scientiam boni & mali, sicut serpens ei suggestit, vt, si per virtutem propria naturæ determinaret sibi quid esset bonum, & quid malum ad agendum: vel etiam vt per seipsum præcognosceret quid sibi boni, vel mali esset futurum. Et secundario peccauit appetendo similitudinem Dei quantum ad propriam potestatem operandi, vt. si virtute propria naturæ operaretur ad beatitudinem consequendam. Vnde August. dicit 11. super Gen. ad litteram, quod menti mulieris inhaesit amor propriae potestatis: sed diabolus peccauit appetendo similitudinem Dei quantum ad potestatem. Vnde Aug. dicit in lib. * de vera religione, quod magis uoluit sua potentia frui quam Dei: veruntamen quantum ad aliquid vterque Deo æquiparari appetit, in quantum scilicet ad aliquid vterque sibi inniti uoluit contempto diuinæ regulæ ordine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de similitudine naturæ: ex cuius appetitu homo non peccauit, vt dictum est.

AD SECVDVM dicendum, quod appetere similitudinem huiusmodi inordinate, id est supra mensuram suam, peccatum est. Vnde super illud Psal. 70. Deus, quis similis erit tibi, dicit Aug. * Qui per se vult esse Deus, peruersè vult esse similis Deo, ut diabolus qui noluit esse sub eo: & homo qui vt seruus noluit tenere præcepta.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de similitudine æquiparantæ.

In articulo quarto dubium occurrit ex Scoto in 2. senten. dist. 21. q. 2. tenente quod Primum peccatum Adae non fuit superbia, sed mordinatus amor amicitiae uxoris. Probat autem hoc tripliciter. Primo, quia primum peccatum Adae non fuit ex inordinato amore sui, sicut primum peccatum angeli. Angelus enim primo per suam essentiam intelligit se ipsum, homo autem prius alia quam se, & obiecto vitur sensibili ad sui cognitionem: unde non potuit primum hominis peccatum esse inordinatus amor sui. Secundo, quia secundum August. & habetur in littera Magistri senten. distinctio. 22. secundi libri, Adam peccavit ex amore benevolentiae ad uxorem, ex quo confestim in esum pomi venit. Tertio, quia secundum Apostolum ad Timoth. 1. Adam non est seductus, ac per hoc non credidit dicto daemone. Eritis sicut dii, & consequenter non appetijt huiusmodi similitudinem diuinam, in quo consisteret illius superbia, si peccasset per superbiam.

9. dist. 28. q. 1. art. 3.

Ca. 3. a meo dicitur 9.

Ad huius quaestione, evidentiam sciendum est, quod, ut patet in 22. distinctio, secundi, senten. materia ista non est vix; quaeque clara. Scriptura namque circa peccatum Euae tot dicit, ut ex illa colligatur superbia Euae. Nam coterendo promissa a daemone mulieri cum seductione ipsius, qua tradidit Apostolus, apparet quod decepta est credendo promissis, & appetendo ipsa, in quibus manifeste excellentia diuinae similitudinis proponitur. Sed circa peccatum Adae, non reliquit iamuis apertas, ut coepit inire peccatum progredere: & propterea obsecrum remanet. Alij namque ex negatione seductionis negationem appetitus promissorum a daemone inferunt. Alij vero ex negatione seductionis negationem appetitus simpliciter acceptant: sed non negationem appetitus conditionati. Ita quod dicunt, quod Adam, quia non seductus, ideo non simpliciter appetijt esse sicut Deus, ut Eua appetijt: sed appetijt conditionate, si possibile foret, esse sicut Deus. Et haec via videtur August. dicentis, quod virum propter aliquam mentis elationem sollicitavit quaedam experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam. Hanc sequuntur Magister sententiarum, & author, Scotus vero primam est amplexus viam. Vnde in hac materia non nisi probabiliter loqui patitur ipsa materia de vno singulari non scibili. Ratio siquidem Scoti nihil valet, tum quia contra ipsummet Scotum ibidem concludit, si concludit, quoniam concedit ipse ibi, quod Eua peccavit primo ex inordinato amore sui, scilicet appetendo propriam excellentiam in hoc, quod tum est autem quod Eua intelligitur, quod batur obiecto sensibili ad sui cognitionem. Ad argo ratio non concludit de Adam, sed concludit, etiam de Eua. Et vere nihil excludit Genes. 3. ergo grauius peccatum quam vir.

Ftendo propriam excellentiam in hoc, quod tum est autem quod Eua intelligitur, quod batur obiecto sensibili ad sui cognitionem. Ad argo ratio non concludit de Adam, sed concludit, etiam de Eua. Et vere nihil excludit

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, quod grauitas peccati principalis attenditur tam secundum peccati speciem, quam secundum peccati circumstantiam. Dicendum est ergo, quod si consideremus conditione personae, viri est grauius, quia erat perfectior mulier: sed quantum ad ipsam generis peccati, vtriusque; peccatum quale dicitur, quia vtriusque peccatum fuit superbia. Vnde August. dicit 11. super Gen. ad litteram, quod mulier excusant peccatum suum in impari sexu, sed pari facultate quantum ad speciem superbiae, grauius peccavit mulier triplici ratione. Primo quidem, quia maior elatio fuit mulieris quam viri. Mulier enim creditit verum esse, quod serpens sua fuit. Quod Deus prohibuerit ligni esum, ne ad eius similitudinem peruenirent: & ita dum per esum ligni uentit Dei similitudinem consequi uoluit, superbia eius ad hoc se erexit, quod contra Dei uoluntatem aliquid uoluit obtinere. Sed uir non creditit hoc esse uerum: unde non uoluit consequi diuinam similitudinem contra Dei uoluntatem: sed in hoc superbiuit quod uoluit eam consequi per seipsum. Secundo, quia mulier non solum ipsa peccauit, sed etiam uiro peccati suggestit, unde peccauit & in Deum, & in proximum. Tertio in hoc, quod peccatum uiri diminutum est ex hoc, quod in peccatum coefferit amicitiam quam beneuolentia, qua plerumque fit ut offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus, quod cum facere non debuisset diuinae sententiae exitus indicauit, ut August. dicit 11. super Gen. ad litteram. Et sic patet

specie superbiae peccauit, scilicet in prima propria natura lumine, excludo speciem peccati, sed suae regereum quia ex tribus rationibus. Primo, quia in latius, secunda & tertia nihil ad superbiam peccati. Ad hoc dicitur, quod littera postea dicitur. Primo, quod species superbiae mulieris, sed grauius peccauit, quoniam nunquam in se non illa materia te specifica. Secundo, quod infra litteram dicitur, quod mulier quae uerque peccauit, grauius peccauit quam uir. Et hic est intentus sententiae, quod ad speciem superbiae grauius & carius peccauit, quod quantum ad speciem additur, quod eodem concubitu mulier quam uir, quod eodem adulterii grauius peccauit. Vel potest temptum, ut prima ratio ostendit, quod

ARTICVLVS IIII.

Virum peccatum Adae fuerit grauius, quam peccatum Euae.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum Adae fuerit grauius quam peccatum Euae. Dicitur. n. 1. ad Tim. 2. quod Adam non est seductus, mulier autem seducta in praeruaricatione fuit, & sic uidetur quod peccatum mulieris fuerit ex ignorantia, peccatum autem uiri ex certa scientia: sed huiusmodi peccatum est grauius, sicut illud Luc. 12. Ille seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. ergo Adam grauius peccauit quam Eua.

¶ 2. Praet. Aug. dicit in lib. de decem chordis, si caput est uir, melius debet uiuere, & praecedere in omnibus bonis factis, maxime uxorem suam, ut illa imitetur uirum: sed ille qui melius debet facere si peccet, grauius peccat. ergo Adae grauius peccauit quam Eua.

¶ 3. Praet. Peccatum in Spiritum sanctum uidetur esse grauius: sed Adam in Spiritum sanctum uideretur peccasse, quia peccauit cogitans de diuina misericordia, quod pertinet ad peccatum praeruptiois. ergo uidetur quod Adam grauius peccauit quam Eua.

SED CONTRA est, quod pena respondet culpa: sed mulier est grauius punita quam uir, ut patet

te contempfit diuinā voluntatem, uir autē implicite aut propere, quia induxit aliu ad peccandum, ut secunda ratio ostendit. Plus, n. in qualibet specie peccat peccas & induces, quam peccans tantum. Vel pp causam honestam aliam in uno idē peccatum, & in altera non, ut tertia rō mōstrat, sicut fuit pp inopiam esse adulter: unde patet solutio utriusq; obiectio- nis. De latitudine si- quidem vnus speciei est sermo, & infra la- titudinem illius qua- libet rationum gra- uius aliquid amittit, ut patet.

Super Quaestio- nis 164. Articulus primus.

Nota q. 164. de pe- na peccati primi ho- minis hoc solū tri- bendum occurrit: q- dum in secundo art. in responsione ad qui- tum de flameo gla- dio dicitur inueniuntur opiniones, altera q- sit ætus ex propin- quita & solis, altera q- sit per angelicū mi- nisteriū quædam ignea custodia, Prima opi- nio hodie excludit v- quā zona, quæ torri- da uocatur est, a qua nūquam sol recedit, iam inuenta est habi- tata: habent n. iuge e- quinoctiū habitatores terre illius ut testant inde uenientes: & nos misimus fratres ordi- nis ad partes illas, & eam & redeunt, put- expedit. Vnde secun- da opinio amplecten- da v- Nec mirum si multos sapientes hoc latuit, quia ista sunt singularia sine expe- rientia accepta a pro- genitoribus exproba- bili argumento huius- pie tam ardentis, de qua Lucasus. Ethio- pum; solū qd non præmeretur ab ulla signiferi regione po- li, nisi polite lapso, Vlma curati pro- cederet vngula. Tau- ri.

quod peccatum mulieris fuit gra- uius, quam peccatum uiri. AD PRIMVM ergo dicendū, q- illa seductio mulieris ex præcedē- ti elatione subsecuta est: & ideo talis ignorantia non excusat, sed aggrauat peccatum, in quantum, scilicet ignorando in maiorem elationem erecta est.

AD SECYNDVM dicendum, q- rō illa procedit ex circumstantia cōditionis psonæ, ex qua p̄m vi- ri fuit grauius secundum quid.

AD TERTIVM dicendum, q- uir non cogitauit de diuina misericordia vique ad contemptum di- uinæ iustitiæ, quod facit peccatū in Spiritum sanctum: sed quia, ut Aug. dixit II. super Gen. ad literā, in expertus diuinæ seueritatis cre- didit illud peccatum esse ueniale, id est, de facili remissibile.

QVAESTIO CLXIII. De penis peccati primi hominis, in duos articulos diuisa.

¶ E INDE cōsiderandum est de pena primi p̄ti. ET CIRCA hoc quaeruntur duo.

¶ PRIMO, De morte, quæ est pœ- na communis.

¶ SECUNDO, De alijs particularibus pœnis, quæ in Genesi assignantur.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum mors sit pœna peccati primo- rum parentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q- mors non sit pœ- na peccati primorum parentum. Id enim quod est homini natu- rale, non potest dici pœna pecca- ti, quia peccatum nō perficit natu- ram, sed uitiat: mors autem est homini naturalis. quod patet ex hoc, quod corpus eius ex cōtra- rijs cōponitur, & ex hoc etiā, q- mortale ponitur in diffinitione hominis. ergo mors non est pœ- na peccati primorum parentum. ¶ 1. Præter. Mors, & alii corporales defectus similiter inueniuntur in homine, sicut & in alijs animalibus, s̄m illud Eccl. 3. Vnus interit- us est hominis, & iumentorū, & æqua vtriusq; cōditio: sed in ani- malibus brutis mors non est pœna peccati. ergo et neq; in hoibus. ¶ 2. Præter. Peccatum primorum parentum fuit specialium perso- narum: sed mors consequitur to-

sum, quia quidam citius alijs, & grauius moriuntur. ergo mors non est pœna primi peccati.

¶ 3. Præter. Malum pœnæ est a Deo, ut supra habitum est: sed mors non uidetur esse a Deo. dicitur enim Sapient. 1. quod Deus mortem non fecit. ergo mors est pœna primi peccati.

¶ 4. Præterea. Pœnæ non videntur esse meritoria. Nam meritum continetur sub bono, pœna autem sub malo: sed mors quandoque est meritoria, sicut patet de morte martyrum. ergo uidetur, quod mors non sit pœna.

¶ 5. Præter. Pœna videtur esse afflictiua: sed mors non potest esse afflictiua, ut uidetur, quia quando mors est, eam homo non sentit: quando autem non est, sentiri non potest. ergo mors non est pœna peccati.

¶ 6. Præter. Si mors esset pœna peccati, statim fuisset ad peccatum cōsecuta: sed hoc non est uerum, nā pri- mi parentes post peccatum diu vixerūt, ut patet Ge- nesi. 4. ergo mors non uidetur esse pœna peccati.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Ro. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mūdum intra- uit, & per peccatum mors.

RESPON. Dicendum, quod si aliquis propter cul- pam suam priuetur aliquo beneficio sibi dato, ca- rentia illius beneficii est pœna culpæ illius. Sicut au- tem in primo dictum est, * homini in sui prima in- flititione hoc beneficium fuit collatum diuinitus, ut quādiu mens eius esset Deo subiecta, inferiores vires animæ subicerentur rationali menti, & cor- pus animæ subiceretur: sed quia mens hominis per peccatum a diuina subiectione recessit, cōsecutum est, ut nec inferiores vires totaliter subicerentur ra- tioni. Ut de tanta est rebellio carnalis appetitus ad rationem, ut nec corpus totaliter subiceretur ani- mæ: unde sequitur mors, & alii corporales defectus. Vita enim & incolumitas corporis consistit in hoc, quod subiciatur animæ, sicut perfectibile suæ perse- ctioni. Vnde per oppositum mors & ægritudo, & quilibet corporalis defectus, pertinet ad defectum subiectionis corporis ad animam. Vnde patet, q- sicut rebellio carnalis appetitus ad spiritum, est pœ- na peccati primorum parentum, ita etiam & mors, & omnes corporales defectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod naturale dicitur, quod ex principijs naturæ cauatur. Naturæ autē per se principia sunt forma, & materia. Forma au- tem hominis est anima rationalis, quæ de se est im- mortalis: & ideo mors non est naturalis homini ex parte suæ formæ. Materia autem hominis est corpus tale, quod est ex contrarijs compositum, ad quod sequitur ex necessitate corruptibilitas: & quantum ad hoc mors est homini naturalis. Hæc autem con- ditio in materia humani corporis est consequens ex necessitate materiæ, quia oportebat corpus hu- manum esse organum tactus, & per consequens medium inter tangibilia, & hoc non poterat esse nisi esset ex contrarijs compositum, ut patet per Philosophum in 2. de anima. * Non autem est con- ditio secundum quam materia adaptetur formæ: quia si esset possibile, cum forma sit incorruptibilis, potius oporteret materiam incorruptibilem esse. Sicut q- ferra sit ferrea competit formæ, & actioni eius, ut per duritiem sit apta ad secandum: sed q- sit potens rubiginem contrahere, consequitur ex ne- cessitate talis materiæ, & non secundum electionem agentis. Nam si artifex posset, faceret ex ferro ferrā, quæ rubiginem cōtrahere non posset. Deus autem, Secunda Secundæ S. Tho. EEE 4 qui

Q. 49. arti. 2.

Q. 95. arti. 1. & q. 97. arti. 1.

Lib. 2. text. 111. & seq. tomo 2.